bonitatis provocat et anime mee
detrimentum absit a me, non faciam
pocius moriar quam indignacionem
incurram mei plasmatoris. Simile con-
sultum fuerat sibi carnes
manducare in quadragesima ... a/ loc. vac. octo fere litterarum.
...... a/decombente, sed renuit di-
cens, caro carnem sapit, spiritus autem
que sunt spiritus. Sepelitur igitur
Avinione in cimiterio pauperum iuxta
capellam sancti Michaelis archangeli,
ubi nunc construitur ecclesia mire
magnitudinis, in quo loco sanctus
ille veneratur continuis clarens mira-
culis, que obmitto causa prolixitatis,
volens ergo illa videre intret pre-
dictam ecclesiam, ubi omnia inveniet
sub signo notarii consignata. Facta
est hec cronica per magistrum
Nicholaum de Augos secundum rela-
cionem suorum serviencium, cum quibus
habuit super istis colloquium, ut
puta per relacionem Johannis Dalle,
Guillelmi Topeline Anglici, Johannis
...... a/et aliorum multorum in Vico a/ loc. vac. septem fere litterarum.
tunc existencium qui omnes de istis
perhibebant testimonium fide dignum.
Acta sunt hec anno Domini 1461 venerabili
domino Radulpho de Contyaco eccle-
siam Metensem nobiliter et potenter
tunc gubernante, ut patebit in cronica
sequenti.